


Programma Quo Decanus & caeteri Professores Facultatis Philosophicae Ad Exequias Quas Clarissimo Viro Dn. M. Petro Sassio, Logicae Professore celeberrimo, Paratas cupiunt liberi & haeredes, Omnes & singulos Academiae cives officiose invitant : [P. P. sub Sigillo Decanatus Rostochii XXV. Februarii, MDCXLII.]

Rostochi[i]: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755907345>

Druck Freier  Zugang





KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhafftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.

Steht bei Rara -

KL-241. (4.) <SON>

bestrahlt 2000

14 72

PROGRAMMA
2^{vo}
DECANUS
& cæteri Professores Fa-
cultatis Philosophicæ

AD
EXEQVIAS
2^{vas}
CLARISSIMO VIRO
DN. M. PETRO
SASSIO,

Logicæ Professori celeberrimo,

Paratas cupiunt liberi & heredes,

Omnes & singulos Academiae cives
officiose invitant.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Acad Typogr.

ANN 9 M, DC, XLII.

*Dr. M. Mathias Hunn
etc.*



Enus humanum, uti querulum est, ita causas querelarum undiq; decerpit, luctus & lacrumarum alimenta comminiscitur, & ignem aqua restinguere cum deberet, oleum infundit, Vulgò id si fiat, ferendum est, enim, vulgus ut sentiendi pessimus autor est, sic in agendo morem sequitur magis, quam rationem. Aliter comparati sunt, saltem esse debent, qui sapientiam profitentur, ejusq; Professores perhiberi postulant. Quid enim est, quo de conqueri jure possunt? Nam pueri, mulieres, idiotæ conqueruntur identidem vel nullas ob causas, vel ob exiguas & questu indignas: Quis enim catellum defunctum lugeat? at Pauli Æmylij illius Macedonici Tertia filiola suum catellum veris lacrumis deflebat mortuum: quod pater sapiens in omen belli feliciter eventuri capiebat: alius nescio quis mortuum piscem luxit atratus: An ergo piscis mortuus lugendi justa causa? Fractum forte cristallinum vel amissum anulum luctu prosequitur non nemo: Risu dignos Padi accolas quis non putet, quod post multa secula *μελανοφορῶσι*, luctum ex casu phaethontis conceptum professi: Et quis omnes ineptias enumeret? Inter causas lugendi justissimas recensetur, Mors: quæ an viro non dicam sapienti, sed nec inter plebeios infimo lugenda jure videatur, vix dubium in tanto consensu videri possit: Quis enim virum gravem, eruditum, societati civili utilem, cognatum,

amicum

amicum è medio submoveri non doleat? Imo
si rectam rationem sequatur, nemo sapiens doleat.
Homo enim est, Quisquis erit, cujatis erit: & quia
homo, obnoxius morti: idque vel cum ad maturita-
tem pervenit, vel cum ad eam tendit: Utrobique enim
voluntas ejus, qui annos ætatis nostræ in numerato
habet, religioso silentio coli & adorari debet: imò
ubique debet, siquidem nihil est in hoc universo,
cui summa hæc voluntas non interveniat. Eam ergo
cum fieri ex formula servatoris in prece quotidiana,
rogamus, quid aliud fieri, quam quod fit, rogamus?
nisi forte hoc postulamus, ut non DEI, sed nostra, &
contra rectam rationem fiat. Quæ ratio postulet, ari-
stam, ubi ad maturitatem perducta est, non demeti?
Quis in hac messe luctui locus est? imò, quis non gra-
tiarum actioni, quod nemo, nisi aliquo beneficio affe-
ctus, moritur: aut enim futuræ calamitati subducit
puerum & juvenem, aut satietatem ac lassitudinem
seni terminat, omnibus finis, multis remedium, qui-
busdam votum, de nullis melius merita, quam ad
quos venit, ante quam vocaretur. Hæc idioræ non
cogitant, non meditantur; Sapientiæ Professores co-
gitare, meditari debent, & parati semper stare, ad ex-
cipienda supremæ illius voluntatis imperia, eaq; sine
querela, sine luctu, sine murmure exsequenda. Quid-
ni igitur nostrum appetitum & voluntatem divinæ
voluntati obedientem præbeamus? Cui bono,
cui usui erit in morbo tristitia & metus? cui

):(z

in


in morte? cui in alijs fortunæ calibus? Deus amicum
ægotare eundem Deus mori vel in alia pericula pro-
labi voluit: Quidni Deo se consentientem, lætum
lubentemq; exhibeat, & cum pijs viris erecto in cœlū
vultu, composito ad Christianam patientiam animo
dicat, Fiat voluntas tua Domine; uti Domino placuit,
ita factum est, in hac Domini voluntate & beneplaci-
to lætus lubensq; acquiescam. Exemplo ob oculos
posito res clarior fiet. Etenim Vir Clariss. collega
noster & amicus honorandus Dn. M. PETRUS SASSIUS,
hoc animo, quoad vixit, fuit, & nobis exemplo suo,
ad similis patientiæ & constantiæ usum excitato, præ-
iit, quod ex vita ejus, quam breviter descriptam sub-
jiciemus, liquebit: Natus est hac in urbe Anno 1571.
die 30. Novembr. parentibus honestissimis, patre qui-
dem Dn. JACOBO SASSIO, cive primario, & matre AN-
NA BURENIA singularis exempli matrona. Avus pater-
nus ei fuit, Vir Ampliss. Dn. PETRUS SASSIUS senator
hujus Urbis primarius, de utraq; & Academica & Ur-
bana Republ. bene meritus. Avia paterna, THALIA
TURCOVIA, ex antiqua Turcoviorum familia oriun-
da. Avum maternum habuit Clariss. Virum Dn. M.
ARNOLDUM BURENIUM, Professore hujus Academiæ
meritissimum. Aviam maternam faminam honora-
tissimam ANNAM SCHRODERIAM. Ex his parenti-
bus natus & per lavacrum Regenerationis Ecclesiæ
JESU CHRISTI servatoris insertus accurato parentum
studio eductus est: In Schola primum hujus Urbis pu-
blica


66
blica pietatis, linguarum & artium fundamenta fide-
liter didicit sub præceptoribus formandæ pueritiæ
& juventutis peritissimis JOANNE NEOVINO, NATHANE
CHYTRÆO & NICOLAO WILLEBRANDO J.U.D. & Philos.
pract. Professore celeberrimo. Deinde ANNO cl. lxxv.
missus est ad Scholam Magdeburgensem, cui tū
temporis Rector præerat Vir Cl. ROLLENHAGIUS, eiq;
sedulam operam toto triennio dedit, ita, ut Anno
xxcix. domum ad parentes reverteretur: apud quos
cum studiis Academicis operam dare cepisset, Anno
xci. Francofurtum ad Oderam & sequenti xcii.
Witebergam se contulit, cum rem suam utrobique
gnaviter egisset, Anno xciv. in patriam reversus
ulterius cogitare cepit, & parentum accedente
consensu in Bataviam Amsterdamo Lugdunum abiit,
ibiq; ingenii cultum, ut ceperat, persecutus est. Mox
cæteras Belgij urbes & loca celebria perlustravit,
ex Belgio in Angliam, ex Anglia in Galliam trajecit,
ita ut finem peregrinationis instar Ulyssis, qui mores
hominum multorum vidit & urbes, assecutus & in
Germaniam reversus, Lipsiensi tamen in Academia
aliquamdiu conmoratus tandem Anno seculari dc.
relicta Lipsia, in patriam redierit, non sine periculo,
quod tamen DEI auxilio in reditu ex Belgio evasit.
Anno DCII cum jam rebus gerendis idoneus & ma-
turus esset, ab Illustriss. & Celsiss. Principe UDALRI-
CO p. m. ad munus Professorium vocatus est, & ut
Logicam ex Cathedra Academica doceret, publice ad


mandati muneris functionem introductus, cum ho-
nor ac titulus Magisterij Philosophici prius ei colla-
tus esset. Deerat novo Professore vitæ & curarum
socio, quam vir Magnif & Amplif. Dn. JOANNES KEL-
LERMANNUS ambienti denegandam non putavit, ELI-
SABETHAM filiam virginem lectissimam, pudicissi-
mam. Suave quidem fuit & jucundum illud conju-
gium, sed ultra biennium non constitit, cum nova
nupta vale dicto ex hac vita discederet, ac maritum
in viduo thalamo destitueret. Tristis quidem fuit &
acerba divisio capitum junctissimorum & mutuo a-
more flagrantium: Sed meminerat jam tum vir Eru-
ditus literis & sacris & profanis, DEI voluntate id
factum esse, quam agnosceret, suamq; ei sine mur-
mure adjungeret. Eiusdem voluntate & providen-
tia factum est, ut ad secundas nuptias transfret, a cho-
nestissimam virginem EUPHROSYNAM HAGEMEISTERS
Amplif. Viri Dn. BERNHARDI HAGEMEISTERI Senato-
ris Gustavoviens. filiam Anno cto Mccv. domum duc-
ceret. Ea quidem tabe extincta est anno quinto de-
cimo post, sed ut prius divina benedictione amabilem
liberorum septenarium ederet utriusq; sexus, ex qui-
bus masculi duo JACOBUS I. & II. in prima ætate deces-
serunt, fœminæ superstites adhuc Dei gratia supe-
rant, quarum natu maximam juveni viro primario
BALTHASARI HANEN nuptui dedit: quo defuncto re-
petitis nuptijs JOHANNI SCHARFENBERGIO uxor ea da-
ta est: huic etiam pie defuncto successit in matrimo-
nio

66
nio LAURENTIUS GEISMARUS, qui adhuc in eo, DEI gra-
tia, viget floretq; Altera EUPHROSYNA cessit JOHAN-
NI DUNKERO civi optimo, qui ante paucos annos in-
ter vivos esse desijt. ELISABETHAM sibi uxorem elegit
Vir Ampliss. & Prudentiss. Dn. CHRISTOPH. BERNHAR-
DUS **Schrader**/Senator hujus urbis bene meritus: cui
mortuo successit in thalamo JOANNES WILLEBRAND.
DOROTHEAM duxit Rever. & Clariss. Vir Dn. M. LU-
CAS BACMEISTERUS Theol. Profess. amicus noster co-
lendus. AGNETA sororum ultima feliciter collocata
est Viro Eruditiss. & Præstantiss. Dn. BERNHARDO LIN-
DEMANNO hujus Urbis Protonotario. Atq; hi fructus
ex matrimonio posteriori prodierunt: Non minores
in Academicam juventutem ex officio Professorio.
Id enim cum laude sustinuit per annos XL. & varijs
eruditjsq; lectionibus ac dissertationibus ornavit. Re-
ctoratu quoq; functus, fidem & prudentiam suam A-
cademiæ satis superq; probavit, nec in se quidquam
desiderari passus est, quod ab senatore & Professore
Academico in tanta ætate requiri posset: Senior enim
non solum Collegii ducalis sed Academiæ totius eva-
serat. Pietatem tota vita præter cæteras virtutes co-
luit: eamq; alijs virtutibus ducem præponendam
semper arbitratus est. Imprimis vero eam assiduo
verbi divini auditu, serijs & ex corde profectis ad
Deum ejusq; filium precibus, fideli Sacramentorum
usu (quem proximo sabbathi die sibi omnino re-
petendum, & Reverendo Dn. Superintendente
Dn.


Dn. CONSTANTINO FIDLERO officium faciente
salutari viatico se instruendum putavit) beneficentia
erga pauperes & alijs exercitijs, toto vitæ tempo-
re, senili inprimis ab eo frequentatis declaravit.
Nec in extremo actu sui oblitus est. Cum enim scor-
butico affectu & respirandi difficultate aliquot annis
proximis laborasset, ac summa patientia malum tu-
lisset, senio tandem ingravescente ac morbo mor-
bum augente succumbere coactus est, ita, ut proximo
XXI. hujus mensis die inter X. & XI. antemeridianam expiraret, ac placidè in
in Deo obdormiret, cum annos ætatis septuaginta ac menses tres pie vivendo
absolvisset. Quæ cum ita sint, quid est, quod conqueri de fato possimus? ne li-
beri quidem & propinqui, quod jure conquerantur, habebunt. Præsentiam
sanè carissimi patris desiderant, cui florentes gaudio fuerunt; nos quoq; col-
legam & amicum requirimus, cujus fidele consilium, studium & operam in
rebus dubijs experti sumus: Verùm sine querela desideremus & requiramus,
ut Plato Socratem, non ut ALEXANDER Clitum, alij alios. Grata defuncti me-
moria, virtutis quam coluit in vita laudes, morum apud amicos & familiares,
prædicata commoditas alia beneficia beata deniq; vitæ mortalis & laboriosæ
in tranquillam & coelestem commutatio, commemorentur, & prædicentur.
Quin & mortuus est septuagenario major. Commune ei id fuit cum sum-
mis viris Fl. BLONDO, Des. ERASMO ROTEROD. SCHONERO Mathem. BRENTIO
Theol. HOSPITALIO Gall. Cancell. BODINO, ORTELIO, STEPHANO, CHYTRÆO no-
stro, ut illustres & regias personas taceam. Hanc ei societatem gratulemur ac de-
functi funus *μετ' ευφροσύνης* prosequamur. Deumq; rogemus, ut provi-
ciam, Academiam, urbem inter tot pericula incolumes conservet, inq; locum
hoc casu vacuum restituat, qui DEI gloriam, Ecclesiæ & Academiæ salutem,
collegij pacem, studiosæ juventutis commoda serio seduloq; pro virili promo-
veat. P. P. sub Sigillo Decanatus ROSTOCHII XXV. Februarij, clo lxx XLII.












the scale towards document



Quidem diversæ passim Philosophiæ
circumferuntur descriptiones, quas
singulas, & recensere, longum; & ad
rationis, in præsentiarum, libellam re-
vocare, tædiosum foret. Antiquissi-
mam ego primâ facio: tanquã à Philo-
sophorû, quos habemus, Primate la-
tã, omniumque, rectè philosophanti-
um, calculó, hactenus approbatã Pla-
tonis ea est, digna profectò Authore,
abus tantum voculis, **MEDITATIONE**, puta,
lvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantò nos eva-
es, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne-
ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philoso-
pho, circa mortis meditationem reperiamus. Mor-
tis, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque
vitæ, quales esse in morte desideramus. Ea, animum
quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini
m notam inurere possunt. Ea est, quæ do-
m, timorem pellit, tranquillitatem inducit;
s casuum animum varietates firmat, adversus
reddit, quando omnia ab eodem impedi-
tantò paratior sit, sicubi res exiget, statim
quando est faciendum, statim exire, quo ali-
ndum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mor-
tis, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm
terris animal, præter hominem, cognitione.
DE